

# IMAGINES TURCARUM IMPERA-

TORIS: CAMPSONIS ET TOMUMBELI SYRIÆ ET  
 Aegypti Sultanorum referentes, qui à Se-  
 lymo victi occubuerunt. Anno  
 Christi 1515.



U M Selymus Turcarum Imp: Aladolum regem prælio nobili superasset, atque profligasset, victoriarum successu elatus, totum terrarum orbem sibi animo destinans, adversus Campsonem Gaurium Cairi (quæ Memphis est in Aegypto) Soldanum expeditionem suscepit. Fretus Campson ille cum magnâ suâ potentiâ, & Mamalucorum virtute, qui in re militari longè erant exercitatissimi, tum ingenti Arabum Æthiopumque concursu, tali instructus exercitu ex Ægypto in Syriam progressus, ut Turcica arma ulterius progredi prohiberet, certam sibi pollicebatur victoriam. Interea Selymus Campsonis insolentiam retundendam esse ratus, omisso Persâ, vim belli omnem præter spem & opinionem Campsonis magna celeritate superatis Tauri jugis, transulit in Comagenam, castris positus ad Singamamnem, non procul ab Alepo, ubi Campson promotus à Damasco castris Selymo occurrit, & extemplo acie congressus eo eventu pugnavit, ut fufis, ex perfidia Cajerbeij, Mamalucis ipse Campson armis, multoque abdomine, & ingentis ramicis pondere gravis cadente equo in pulverem